



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

66. An iuramentum falsum inadvertenter dictum ab eo qui pravam consuetudinem iurandi habet sit peccatum mortali, etiam si fiat ex motu iræ repentino, aut ex affectione nimia ad rem aliquam? Et an hoc ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

tent. tom. 2. diff. 39. qu. 2nica, art. 7. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 28. & Suarez de Relig. tom. 1. tr. lib. 2. de irrelig. c. 6. n. 2. & tom. 2. de iuramento, lib. 3. c. 7. a. n. 3. vñq ad 8. cum alii penes ipfis, & nouissime Joannes Sancius in selectis, diff. 20. n. 5. qui docet blasphemias, & iuramenta indeliberata orta ex prava conditione iurandi, nec in seipfis esse peccata, nec in sua causa; sicut contumelia prauia ab ebrio in ebrietate, nec in se, nec in sua causa peccatum contumelia est, vt pote ex sua natura reuidentes, quod à ratione videnter proferuntur: vide etiam Filiucium tom. 1. tr. 25. c. 10. num. 316. & hanc sententiam docet Layman in Theol. moral. lib. 1. tr. 2. c. 3. n. 6. in fine, post prauam consuetudinem retractatam: sic enim ait. Postquam vero penitentes prauam consuetudinem efficaci proposito retractavit, tunc consequentia falsa iuramenta, & verba blasphemias eadem consuetudine quasi naturali, & necessario impetu prouenientia, non imputabuntur ad peccatum, cùm neque sint voluntaria in se, vt suppono, neque in sua causa, puta consuetudine, quippe quæ ab ipso per propositum retractata, non amplius voluntaria censerter debant. Ita Layman.

3. Ex his duxit Sancius vbi supra, n. 7. quod à DD. afferentes negandam esse absolutionem habendi consuetudinem iurandi, intelligendi sunt de habente consuetudinem iurandi ex aduentitia: non autem quando proferuntur iuramenta inaduententer, cùm tunc, vt diximus, non sint peccata, quantumcumque ex pessima consuetudine nascantur. Et hæc omnia prouidus Confessor in mente habeat, nam per illa ex multis interrogationibus, & scrupulis immunitis erit faciant tamen Confessarij in tali causa acculari penitentem de negligencia in extirpanda prava consuetudine iurandi, & de reliquo aliud non eruent.

RESOL. LXVI.

An iuramentum falso inaduententer dictum ab eo, qui prauam consuetudinem iurandi habet, sit peccatum mortale, etiam si fiat ex motu ire repento, aut ex affectione nimia ad rem aliquam?

Et an hoc etiam procedat, quod blasphemias?

Et an iuramentum profectum non ex prava consuetudine, sed repento ire impetu, aut ex nimia ad rem affectione, non impetur ad culpam mortalem?

Sed saperest adhuc curiosus questio: An Procurator, qui nomine principalis iuramentum praeficit, iuravit falso, sit per iurum Dominus principalis, an vero Procurator? Ex part. 10. tract. 14. & Mise. 4. Ref. 15. alias 13.

^{Sup. content.} §. 1. A ffirmatiuam sententiam docet Texeda, tom. A 2. lib. 3. tract. 2. contriv. 1. num. 15. vbi sic ait: Si roges an iuramentum absque aduentitia præsumtum ab habente iurandi prauam consuetudinem: si non ex illa proficitur, sed aut repento ire impetu, aut ex nimia ad rem affectione, vt contingere solet in non afflerto iuramentis; imputetur ad culpam. Circa quam difficultatem asserunt Valentia, 2. 2. diff. 6. quest. 7. purpl. 3. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 7. numer. 5. iuramentum profectum non ex prava consuetudine, sed ex repento impetu, non imputari ad culpam, & in propriis terminis idem assertur Sanchez 1. tom. Sum. lib. 3. cap. 5. n. 12. & 23. qui adducit pro sua sententia Petrum de Ledesma in sum. 2. tom. tract. 11. c. 5. dub. 5. diff. 2. qui oppositum expreßè assertit: [Todas las veces que la inaduentencia acera de lo que se jura nace de la mala costumbre da iurar como de causa, el juramento falso echo con la dicha inaduentencia es pecado mortal, y no se excusa por ella; por-

que el acto, que procede de inaduentencia culpable se reduce à la naturaleza de su forma, como el que procede de ignorancia culpable como lo fuera la inaduentencia]: vbi Ledesma expreßè afferit, iuramentum falso inaduententer dictum, in habente prauam consuetudinem iurandi esse peccatum mortale. Et ideò dicendum est cum Caetano 2. 2. q. 9. art. 3. Nauarro, Sum. c. 12. n. 6. Ledesma, supra citat. iuramentum falso inaduententer dictum ab habente prauam iurandi consuetudinem, eis mortale, etiam si fiat ex motu repento, aut ex affectione nimia ad rem aliquam, quia inaduentencia illa causa qui affletus est iurare falso, non excusat illum à periculo, cum etiam si aduenteret similiter peccare. Secundo probatur; nam qui praua ea consuetudine affectus frangit præceptum aliquod diuinum, peccat mortalis, quanvis illud infringat inaduententer, ex affectu nimio ad rem aliquam, aut ex repento impetu, vt constat in peccato blasphemie, quæ inaduententer dicta ab eo, qui est affectus blasphemare, est mortalis, quandocumque dicatur; vt bene Caetanus, Nauarro, & communiter omnes (& confat etiam inductio in omnibus aliis peccatis perpetratis ab eo, qui prauè dispositus, & mala consuetudine affectus circa transgressionem alicuius legis, aut præcepti) sed non iurare falso cadit sub præcepto diuino, quo vniuersaliter teneatur id non facere: ergo quanvis falso iuraret absque aduentitia, si is qui falso iuraret est præcectus; & affletus ad iurandum falso, quomodo cumque falso iuraret, peccat mortaliter. Hucusque Texeda.

2. Sed sententiam Sanchez, & Suarez, quam ipse tam acriter impugnat nouissime tenet Castrus Palau, tom. 3. tract. 14. diff. 1. purpl. 1. n. 1. & ratio est, quia illud iuramentum, vt in se est peccatum mortale, debet esse voluntarium directe, vel indirecte. At neque directe, neque indirecte est voluntarium. Non directe, vt supponitur; neque indirecte, quia ad indirecte voluntarium debebas habere potestatem illud vitandi, cùm de facto non vitas. Ergo non est tibi voluntarium neque directe, neque indirecte. Quapropter solum in causa, nempè in consuetudine censetur illa iuramenta voluntaria. Sicut censerter voluntaria pollutio in somnis cui causam dedisti in vigilia, aut homicidium in ebrietate factum, quod antea potuisti præcauere. Quorum tota culpa & detrimentum apud Deum fuit in appositione causa. Nam si sequatur pollutio sive non, eandem peccatum, & demeritum habes apud Deum. Quia tota malitia in appositione causa sita fuit. Sic in præsenti de iuramento facta sine libertate philosophandum est. Hanc etiam sententiam Sanchez contra Texedam tenet Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 2. capit. 1. dub. 20. num. 1. vbi probat iuramenta inaduententer prolatas, ab habente consuetudinem iurandi non retractatas, non esse speciale peccatum, nec habere distinctam malitiam à sua causa; si autem sit retractata, idem iudicandum de hoc, ac de non afflerto ad iurandum. Ita sententiam Sanchez, & aliorum contra Texedam fatis probabilem esse existimo, quam præter Doctores citatos tenet etiam Mazuchel. de Casib. rescr. diff. 2. cap. 1. difficile 4. num. 74. cum segg. qui etiam recte obseruat hanc doctrinam procedere etiam quoad blasphemias.

3. Verum curiosa est illa questio: An si procurator, qui nomine principalis iuramentum præficit, iuravit falso, sit per iurum Dominus principalis, an vero Procurator, & affirmat Sylvestris verb. per iurum 9. 3. quem sequitur Sanchius utrumque per iurum vitio inmodari, si Procurator, dum iuravit viritate specialis commissio ad iuramentum præstandum, sciebat falso esse quod iuravit, aut de illo dubitabat, peccatum autem per iurum, subdit Sylvestris non incurere Procuratorem,

sed

sed solùm principalem dominum. Ceterum ego dico falso meliori iudicio eo casu principalem ex vi illius iuramenti falsi à Procuratore praestiti, nec esse periuimus, nec peccas prædictas incurere, quia principalis non dedi Procuratori suo facultatem ad falso iurandum, sed solùm, ut cùm veritate praestaret iuramentum: & idem periuimus malitia solùm in Procuratore manere debet. Et ita docet Texeda ubi suprà. contron. 4. g. 2. n. 194.

RESOL. LXVII.

An peccat venialiter, si quis ad vitanda grauia tormenta sibi falso crimen imponit etiam cum iuramento aquinoicatione viens?

Et an in tali casu peccat mortaliter?

Et an delinquens occultus possit se prodere iudici, vt in eo debitam sequatur punitionem, cum id fiat ob virtutem iustitiae, volendo potius in hoc mundo peccati panem sustinere, quam in alio luendam seruare?

Et quid, si esset persona maxima auctoritatis, & Reipublica utilis? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 7.

Sup. hoc in
Ref. seq.

S. 1. Non peccare mortaliter in tali casu docent communiter. Ita Nauarra de restit. lib. 2. cap. 4. n. 21. & alij.

2. Difficultas constituit, an peccat venialiter; affirmatiuè responderet Lessius lib. 2. c. 11. dub. 7. n. 4. & alij. Sed mihi placet opinio Ioannis Sanchez in selectis, disp. 46. n. 16. vbi sic asserit. Ad vitanda grauia tormenta excusat qui spiam etiam à veniali labe, falso sibi imponendo, licet ob illius confessionem esset morte plectendus; quia vita non est digna tanto dolore, & mendacium excusat, aquinoicatione in mente retenta scilicet crimen commissile, non re, sed solum ut fateatur iudici ad evitanda tormenta. Quod verum etiam iudico, licet falsam sibi impositionem iurent, nam eadem causa quae adeat ad excusandum mendacium aquinoicatione retenta, sufficit etiam ad excusandum iuramentum. Ita ille, quidquid in contrarium afferant Vega in sum. p. 2. c. 8. cas. 1. Raguccius in Lucerna Parochorum de restit. q. 167. & alij. Quando adeat iuramentum; sed tu tene cum Sancio, & vide Azorium tom. 1. lib. 11. c. 4. q. 5. reg. 3. Valent. tom. 3. disp. 6. q. 7. punt. 4. & tom. 4. disput. 7. q. 1. punt. 1. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 3. c. 6. n. 15. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 10 n. 5. Delitrum in disquis. mag. lib. 6. c. 1. seq. 2. & alios penes ipsos.

Sup. hoc in
fra. in tr. 5.
ref. 51. cur-
sum ad lin. 9.
8. 1. vers.
Nam licet.

3. Notandum est etiam hic obiter, posse delinquenterum occultum, prodere se iudici, vt in eo debitam exequatur punitionem, cum id efficiat ob virtutem iustitiae volendo potius in hoc mundo peccati peccatum sustinere, quam in alio luendam seruare. Ita Sancius ubi suprà n. 19. cui addet Nauarrum de restit. lib. 2. c. 4. n. 20. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 18 num. 43. & Sa verb. infamare, n. 1. nisi esset persona maxima auctoritatis, & Reipublica utilis, quae se prodens, & tradens pauciendam, maximum patret scandalum, occasionem aliis ad delinquendum offerens.

RESOL. LXVIII.

An reus possit sibi graue crimen imponere, vt evitetur grauia tormenta?

Et difficultas est, quando aliquis sibi imponit falso crimen cum iuramento.

Et deducitur eum, qui cunctus plenus est de Apostolis, aut de heresi, quam non commisisti ut si neges, tradendus sit Curia seculari, a confusione honorum, exremeque supplicio afficiendus; si vero factetur cr-

men, leuiori pena puniendus sit, posse ipsum absoluere mortali culpa imponere sibi crimen, quod non admittit nec obligari sub mortali ad retrahendam confessio nem, posse sententiam prolatam, & reconciliacionem sequentem? Ex part. 11. tr. 1. & Misc. 1. Ref. 14.

S. 1. Mouet hanc difficultatem nimis practicabilis Carmel fundam, 61. §. 1. n. 11-18. vbi sic au: Quæris an innocens ad vitandos crucis posit sibi imponere falso crimen, eti ob illud fit postea ultima sententia condemnandus;

2. AUFONIUS NOCHINOT in summa Dianæ verbo Reu num. 13. Sic inquit: Reus ad vitanda grauia tormenta, potest sine mortali crimen etiam capitale sibi imponere, quia vita non est digna, que tanto dolore furuari debeat, & posse etiam iurare aquinoicando, docent Doctores communiter cum Nauarra lib. 2. cap. 4. n. 1. immod nec peccare venialiter ait Sancius disp. 46. n. 16. & Diana part. 3. tract. 5. refol. 7. & n. 12. ait: Non queritur se retractare, nisi ex hoc damnum tertio secundum futurum fore; ita Diana part. 3. tract. 5. refol. 103. sub fine, sic ille,

3. At ego puto esse mortale peccatum mentiri Reipublica legitimè & iustè roganti, & quod mendacium est non posse iuramento firmari. Si si mendacium illud leue, & tamen iuramento firmetur, per illud erit graue peccatum. Si darentur refutationes mentales, & aquinoicatione prodeller, simplex criminis impositio non esset mendacium, & iuramentum, quo illa firmaretur, non esset periuimus. At illas nos, & multi nobiscum detestantur. Huiusque Carmel.

4. Sed satis probabilitate loquuntur eti doctores, & editus noster Compendiator Pater Nochinet, videlicet Pater Antonius Cottonus, & simul ego, & idem iterum assero, quod imponere sibi falso crimen ad evitanda grauia tormenta, etiam iurare, mors inde timetur, non est peccatum mortale, secluso penitio. Nemo enim tenetur cum tanto dolore, & labore vitam tueri.

5. Licet probabile etiam sit mortaliter peccare, fundatum est, quoniam quamus homo non tenetur cum tanto dolore conferuare propriam vitam, adhibendo remedia, quia tantus crucius afferat, & potius mortem permittere, quam ea adhibere; alius nihilominus est non conferuare vitam ei remedium adhibitis, alius vero præberet causam obiectionis, & meritoriam mortis, illam confingendo, cum non sit reuera id, unde potestis publica mouentis ad condignam mortis peccatum executioni mandamus, quod non est præcisè non conferuare, vitam; sed causam destructionis illius adhibere, quod non licet etiam propter tormenta, non solum quia mendacium est, sed quia est oppositio causa obiectiva meritorie mortis propriæ, & cooperatio ad illam: nulla autem cooperatio ad propriam mortem cohonestari potest ex fugatione.

6. Licet hanc posteriorem sententiam magis placeat Dicafillo de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 12. Appen. 1. debitis. 4. n. 514. Tamen hoc non obstante priorem putatis piam, & in praxi sequendum, ne militari tam rebenti causæ, & periculo peccandi exponantur, sed præmonendi sunt, ut sciatis, si fortè in tortura vincantur dolore, non peccatores mortaliter.

7. Et ita hanc sententiam tenet etiam prætor Doctores à me alibi adductos Hermannus Bubenham, in medulla Theol. moralib. 4. cap. 3. dub. 7. & probabilitem putat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo de iust. tom. 1. disp. 14. seq. 10. n. 174. vbi sic ait: Quando ex confessione falsi criminis incurrit peccata mortis, vel mutilationis membra, aliquo in non inferenda; quo casu aliqui dicunt non peccare mortali-